

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Ivstitia Et Ivre, Continens Tractatvs De Prvdentia, Fortitvdine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutatiua, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

8. Quibus tenearis debita incerta soluere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

*Tertia §. usuras ff. de legatis 2. & leg. qui Roma, & d. leg. ff. ex legatis causa.* At vix interpellatio sufficiens est ad debitorem certum de voluntate creditoris constitendum. Non igitur est necessaria secunda interpellatio. *leg. i. ff. de dote pralegata.* Et licet certus possit adhuc certificari, id intelligendum est quando pluribus viis certificatio facienda est. At in presenti cum solum per credito legitima certificatio fiat neque semel facta amplius roboretur. Vt declarauit Alexand. in leg. i. §. voluminare n. 12. *ff. folio 10 marimon.*

*6 Neque obstant in contrarium adducta, quibus optimè satisfaciebit Menoch. dicto casu 220. a. n. 3.* Nam leg. mora inquit insufficientem esse interpellationem seruo debitoris factam, cum ipse debitor sui copiam faciat i merito enim presumi potest nullam fieri interpellacionis dominus habuisse notitiam. Neque ex illa leg. confitit dominum interpellatum fuisse. Ad leg. si conuenierit respondebudo diciphem ibi fruste interpellationem requiri, quia duplex agebatur causa alia credidi, alia furti pasci enim erat debitor cum credidore ne distraheret pignus, agebatur ergo de credito soliendo, & de pignore diritato, id eoque mirum non est duplum interpellationem fuisse necessarium. Ad leg. *Amissio* inquit duplum terminum ibi fusile solutioni assignatum, & cilibet termino adiectum pactum legis commissoriae, à quo primo pacto, & interpellatione per secundum pactum, & interpellationem recessum fuit. Ad leg. qui Rom. non de cassatione interpellationes loquuntur, sed de oblatione usurarum quam insufficien- tiam esse affirmant, nisi sublegatus consignatio, & depositio. Ad ultimum, negat in omnibus praedictis plures interpellationes requiri, cum una effectum interpellationis compleatur. Quod non contingit in iuribus ibidem relatis. Nam in leg. i. §. de inscriptio, id o. plures requiruntur denunciations, quia plures ventur multieris ante parcum inscriptio est ob presumptum fraudem. In leg. i. ff. de libell. dimiss. plures petitiones postulantur, quia praelimit lex iudicium pluribus occupant, negotii facile obliuisci posse. Et idem dicendum est ad cap. i. de suppl. neglig. pralat.

*7 Verum hæc interpellatio necessaria non videatur, si contractibus adiicias iuramentum, quia iuramentum vim interpellationis habet, obligatio ut quampli possit creditoris debitu offeras, sicuti si interpellatus esses. Sicuti ex communis doceat Iason. leg. quod te misi num. 22. ff. si certum petatur, & ibi, Philipus Decius num. 43. Abbas in cap. Breui de iurecurando. Roland Vale conf. 17. n. 45. Courtrai lib. 4. resolut. cap. 17. illat. 5. Gutierrez de iuram confirmat cap. 5. n. 12. Menoch de arbitrii casu 220. n. 20. Ceterum esti haec sententia futilinda si ut communis difficultate non caret, eo quod iuramentum sequitur naturam actus cui adheret, at natura promissionis, & obligationis diem non designans imbibit conditionem interpellationis, vt debitor in iure constitutus, quia interim censorut creditor dilatione consentire. Ergo iuramentum eandem conditionem habere debet, quia iuramentum adductum est adfurnandam promissionem in eo sensu quo promissio facta est. Atque ita doceat Alexander, in dicta leg. quod te misi num. 8. & ibi Camillus Platus n. 24. & 25. Sed hinc difficultatem in alio simili fasiscit Courtrai. d. cap. 17. num. 5. dicenti iuramentum sequi naturam primordialem actus cui adheret, non accidentaliter. Natura autem contractus non designans diem, est obligatio cum primum fieri possit. Quod vero iuramento creditors indigeret ex accidenti haberet leueret ex conjecturide, & vnu receptio.*

*Deinde non est necessaria hæc interpellatio in contractibus vtro, citroque obligatio, sed ex eo tanquam quod vnu contractum impluit, alter in iure constitutus. Vt probat lex Julianus §. ex veridio ff. de Actioni. emp. & leg. curialis. Cod. eadem tit. implementum enim vnu partis exigit alterius complementum, vt contractus perficiatur. Atque ita ita relatis resoluuntur Gutierrez. d. cap. 5. n. 12. Menoch. de arbitrii cent. 3. casu 220. num. 22.*

*8 Est autem notanda differentia, quam pluribus relatis firmat Menoch. num. 6. & 7. inter eam moram que courabitur ipso iure, & contra tributum ex hominis interpellatione, nam que ipso iure contrahitur indiger judicis declaratione, quam tamen non exigit quæ ex hominis interpellatione incertum.*

*9 Ab hora incertenda plures excusationes adesse possunt. Breuius illas resulit Menoch. d. casu 220. circa finem. Primo namque excusaberis, si per te non fecerit soluere. Tum quia inculpabiliter retrahenda exstulti iuxta leg. quod te mihi ff. si certum petatur, & ibi Alexander. n. 10. Decius n. 14. Ripa num. 38. Tum quia creditor absens fuit, neque reliquit qui nomine suo solutionem recipere. Sicuti deciditur. leg. pecunia §. vlt. ff. de vnius leg. si fundus. sol. in fine ff. de lego commissoria, & norans Glosa marginalis in leg. ob signatione ff. de solutionib. Molin. disput. 564. circa medium Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 11. in fine. Tum quia solutionem oblatam tempore & loco congruo nolue creditor recipere. leg. solutiones ff. de solutionib. leg. ob signatione. Cod. eodem rit. Molin. Layman. loc. alleg. Ad idem est ut inquit Glosa d. leg. ob signatione. Gregor. Lop. leg. 8. tit. 1. part. 5. Molin. suprad. Si debitor liquidum offeras, & pro liquidando fideiustores adhibeas abunde enim tua obligationi satisfacis. Secun-*

*Ferd. de Castro de iusti & Iur.*

dò à mora incertenda excusaberis, si aliquam legitimam exceptionem habeas, qua te tueri possis à solutione praestanda, quia co ipso non est centenda culpabilis negata solutio. leg. scindum ff. de vnius, & colligunt communiter doctores in d. leg. quod te mihi. Sicuti adiurit Menoch. dicto casu 20. n. 51. Tertiò si causabili ab sita legitima, quia in prudenti hominum arbitrio à culpa mortali te executare, sufficiens ea iudicari debet, vi in foro extero à mora incertenda excusat, quia in hac patre forum exterum interior fe conformare debet. Vnde inquit Menoch, supra si dubitatu solutionem, quia parabas amicos, teu fideiustores creditoris praestando, non debes cenferi i moram incurrisse, quia haec diligenter non videatur creditoris dannofa. ex dicta leg. scindum. Neque item si heres sit debitoris, & tibi non sit facta causa de debito, presumitur enim illud ignorasse iuxta leg. qui in ultius ff. de regul. iuris. Neque item si interpellaris ab herede creditoris non facta fide se heredem esse, quia presumi potes nulli ignorare illum heredem esse. Neque item si interpellaris à creditore pro debito ex contractu cum tuo procuratore in iure, non facta fide instrumenti contractus, nec copia tibi demula ob candem presumptum ignorantiam.

Postquam autem in mora es constitutus, si inconveniens, & confessum illam non purgaveris condemnari potes, & debes, ut solvas expensas à creditore factas in debiti recuperatione, & omne iuris, quod ob non solutum debitum amiseris, quia omnium illorum es culpabilis causa, ut pluribus firmat Gutierrez. d. cap. 56. de iuram. confirm. num. 10. Qualiter autem illud inconveniens, & confessum intelligendum sit, variant doctores, ut confitat ex his quae adducit Menoch. de arbitrii casu 7. Nam alii hoc tempus esse quadrimestre auquunt, alii duorum mensium, alii trium diuturni, alii usque ad hirs concessionem, alii usque ad sententiam exclusivæ. Sed placet Menochi sententia in dictis arbitrio relinquere, qui speculata qualitate debiri, & debitoris tempus hoc extendere, & coarctabit. iuxta leg. si ita quis §. Seia ff. de verbis obligat.

Sed dubium est, an inconveniens, & confessum soluendo purgare mora possit in quolibet debito? Negat Ludovicus Molin. tract. 2. diff. 64. dari purgationem mora cum dies solutionis praeditus adiungit, vel interpellatio est facta non solum spectato iure canonicæ, quia nullus est textus hanc generali purgationem mora concedens. Quinimò ex eo quod in cap. p. portis. de locare, concedatur emphyteuta purgatio mora flesuqd. penitentem annua intra biennium, & ex eo quod in cap. sumam de pœnis, solvens partem debiti executetur à rotâ pena apostolica, cum eius credite ti notabile detrimentum ex omissione integræ solutionis non evenit, inferius in aliis casibus præter hos affligatos non esse purgationem mora admittendam, exceptio namque firmat regulam in casibus non exceptis.

Nihilominus tenenda est communis sententia admittens ex aquitate canonica purgationem mora in omnibus debitis, si locutio confessus & inconveniens fiat, eo quod repudiet die praefixa facta quando ita confessum, & inconveniens fit, sic pluribus relatis assertum Gregor. Lopez. leg. 4. tit. 14. part. 5. Glosa 2. Gutierrez de iuram. confirm. 3 p. cap. 17. num. 1. & seqq. Menoch. de arbitrii cent. 1. casu 7. Et licet iure canonico tantum in illis duabus casibus expressa sit, morte purgatio cum in aliis non negetur ob similitudinem rationis extendit communis sententia dictio nem ad reiarios alios. Maximè cum huic doctrina fauatur. lex si ita quis §. Seia ff. de verbis. obligat. vbi cogitur creditor stare contractu, quando debitor transactus tempore solutionis intra breue tempus solutionem obtulit.

Illiū certum, si creditor absens sit, vel nolit recipere solutionem tempore & loco congruo oblatam, tñ vero illam coram depositario tuco, vel iudice testibus præsentibus deponas, plenè à debito liberaris, ita ut facta illa depositione nec tenearis usuras solvere, aut interesse, nec aliquod damnum, nec res tñ periculum subficiat, fed creditoris, ut habetur. leg. ob signatione ff. de solutionib. & leg. acceptam. Cod. de vnius. & Gregor. 8. tit. 14. part. 5. & ibi Greg. Lopez. Molin. tract. 2. diff. 564. circa med. Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 2. cap. 10. in fine.

### S. VIII.

#### Quibus tenaris debita incerta soluere?

- 1 Bona quibus dominus non comparat ex contractus, vel alio iusto titulo posse ex probabili sententia non sunt ex obligacione refutenda, bene tamen ex communiori, & probabili.
- 2 Quibusunque pauperibus, vel piis operibus concedas, satisfaci.
- 3 Debitora incerta per iniusticiam pauperibus, vel piis operibus sunt refutenda ex certa sententia.
- 4 Quod non solum est verum in acquisitione per usuram, & simoniam sed in acquisitione ut quolibet alio in iusto contractu.

5 Cum debitum secundum quid est incertum, at certum abso-  
luti, non est locus distributioni in pauperes, sed dini iden-  
dum est debitum inter creditores.

1 Ncerta debita sunt, quorum dominus ignoratur, vel ita obest,  
vt ferre impossibile sit ad eum transmitti. Hac si ex contractu  
honesto, seu absque culpa possideas satis probable est nullam ti-  
bi restitutione obligationem esse. Qui haec obligatio non ex  
iure naturali, & diuino prouent, ex quibus solum obligans,  
cum certa persona vel communiam solutionem facienda est, vt plu-  
ribus firmat Petr. Nauar. lib. 4. de restit. cap. 2. num. 145.  
Ex iure autem positivo nullum statutum est horum restituendorum  
obligatio; solum enim de iniustis acquisitis fluctuat in cap. cum  
tu de usuris, vt iniustitia via praeceditur. Sicut censet Petr.  
Nauar. d. cap. 2. num. 146. Layman. lib. 3. sum. f. 5. tract. 1. c. 9.  
num. 1. At postea communior sententia D. Thom. 2. 2. q. 6. 2. art. 5.  
ad 2. & ibi Caetan. & in sum. verbo furum ad finem. Nauar.  
cap. 17. num. 171. Rebell. lib. 2. de iust. quest. 12. num. 3. Lessius  
lib. 2. cap. 14. num. 50. Molin. tract. 2. disp. 59. in fine. Haec bona  
non posse a possidente retineri, & necessario restituenda sunt pau-  
peribus, vel alii ipsi operibus iuxta confutitudinem receptam, &  
præsumptam dominorum voluntatem.

2 In hac tamen restituione, tamen si æquum sit pauperes indi-  
gentiores, & honestiores preferre, iuxta cap. non satis 86. dist.  
non tamen ex obligatione, sed in quounque pauperes huius,  
vel illius ciuitatis, aliquæ pia opera distributionem facere potest,  
quia nullibi contrarium est causum. Ut aduerterit Nauar. cap. 17.  
num. 19. & Petr. Nauar. lib. 4. cap. 2. num. 47. Quinimmo si tu  
verè pauper sis, poteris ea tibi applicare, quia non es confensus  
deterioris conditionis, neque ad hanc applicationem indiges  
consensu Episcopi, aut confessari, tamen consilium est. Vt tra-  
ducunt precati doctores.

3 Si vero debita incerta per iniustitiam habueris certa est om-  
nium sententia te obligatum esse pauperibus, vel alii ipsi operi-  
bus restituere ex cas. cum tu de usuris & cap. cum fr. de iudicis  
Ne contingat alienis pecunias homines diteferre. Sed an haec  
obligatio comprehendat omnia que sunt iniuste acquista, & in-  
dependenter à sententia iudicis condemnatoria, non carcer diffi-  
cultate. Nam textus prædicti solum in acquisitis per furum,  
& simoniam loquitur, & cum sit dispositio penalis non videtur  
extenda. Ex alia parte ex natura rei, & lege posse ut sit  
hac incerta primo occupanti conceduntur utpote quæ à domino  
possidet non possunt. Ergo eorum sentitio iure positivo indu-  
cta sententiam iudicis exigit dominio acquisto priuarem.

4 Nihilominus pro certo tendendum est non solum in acquisitis  
per furum, & simoniam, sed per quamlibet aliam iniustitiam ha-  
bere locum prædictam decisionem ex consuetudine recepta, &  
communi doctrinæ sententia prædictorum textuum decisionem  
extendeat ad qualibet iniuste acquista. iuxta cap. Nemo qui  
rapie. 14. quest. 5. Et licet verum sit ex natura rei, seu spectata  
iustitia legibus seculis quecumque debita incerta ex furia, simo-  
nia, aliisque delicto habita non sit in pauperes, alioquin pios viis  
eroganda, quia iustitia tamum obligat debitum reddi ei cuius est.  
Quo non comparentem impossibilis est talis redditio, & obliga-  
tio. Neque pauperes, aliue pia opera sunt partes, neque har-  
des necessarij creditors, alias non posset Pontifex remittere  
partem horum debitorum; vti per bullam compositionis facit,  
cum in praedictum tertij vergent: attamen iure positivo in  
penam criminis commissi impedita est domini acquisitione. Quod  
colligunt ex eo quod in defectu veri domini, pauperes aliae  
pia opera designantur illas quos distributio facienda sit.

5 Hac procedunt cum bona omnino incerta sunt. Nam si  
absolute sine certa & incerta secundum quid, vti contingat cum  
ad aliquem, vel aliquos huius communiam debitum pertinet,  
ignoratus autem ad quo determinate pertinet, inter illos est ne-  
cessario dividendum. Vti tradit Caetan. 2. 2. q. 62. art. 5. ad 3.  
Molin. disp. 74. Lessius lib. 2. cap. 14. num. 32. Rebell. de restit.  
quest. 12. num. 17. Petr. Nauar. lib. 4. cap. 9. num. 2. Neque obest  
his quis damnificati sunt non integræ fieri restituacionem, cum  
inter ipsos & alios non damnificatio distributio fiat. Satis nam-  
que est quod ex maiori parte in damnificatorum commodum  
cedat. Præterquam quod, eo dubio posito omnes & quale ius ha-  
berevidentur, ac proinde inter ipsos diuidi debet.

## §. IX.

## Quibus debita certa soluenda sunt?

- 1 Merumque iusto possessori debita restitutio obnoxia resti-  
tuenda sunt.
- 2 Si rem à possessori bona fidei contractu lucrativo accepisti,  
tenoris vero domino reddere, excepto si per contractum  
depositi pignoris &c. accepisti.
- 3 Si autem contractu oneroso, pores bona fidei possessori, si ipse  
non comparet domino est reddenda.
- 4 Si à non habente administrationem accepisti, administra-  
tori reddenda est.

- 5 Solvens minori curatoris interuentu, si tamen fiat ab quo  
iudicis autoritate, & si liberetur à debito, competit in  
menori restitutio in integrum.
- 6 Hanc restitutio petere licite minor potest.
- 7 Possesse rem furtivam empione habitam reddere sui ut  
præsum recuperes, examinatur.
- 8 Resolutio quæfio vero domino rem esse reddendam.
- 9 Satisf. fundamento opposito.

R Egula est. Debita restitutio obnoxia plerumque iusto  
possessori reddenda sunt, vt sic inæqualitas facta ad equali-  
tatem in reducatur. Vnde si à depositario depositum, à pigno-  
rario pignora, à commodatario commodatum, à conductore locu-  
m accepisti ipsi & non domino reddere debes, & idem si  
fi accepisti à tutori, procuratore, dispensatore, thelauro. Nam  
cum omnes hi administrationem, vel vnum pia dictorum ha-  
beant, nequissima adiutoria & utriusque & vni priuare. Sicut  
communi tradit S. Thom. 2. 2. que. 6. 1. art. 5. & ibi Caetan. Pal-  
dan. in 4. d. 15. q. 4. art. 1. art. 4. Syllef. verbo restit. 4. que. 1.  
Ioann. Med. Cod. de restit. quæf. 2. Nauar. cap. 17. num. 12.  
Petr. Nauar. lib. 4. cap. 2. num. 5. Molin. tract. 2. art. 74. Rebell.  
1. p. lib. 2. de restit. 11.

Si vero rem à possessori bona fidei accepisti quam posse-  
dum agnosces non ipsi, sed alteri competere, diligenter en-  
si contractu lucrativo accepisti vero domino reddere debes,  
cum nec tu nec pristinus possessor iuri retinendi habeas. Scilicet  
doct. Molin. disp. 74. num. 3. Petr. Nauar. lib. 4. 2. num. 1.  
Excipe nisi ex contractu depositi, commodi, loci, pignoris  
accepisti, quia fides horum contractuum possulat rem redi-  
ci ei quo accepta est, monito tamen prius rem alienam esse, quin  
imo dominus ex charitate moneri debet vt suam rem recuperi,  
si abique incommodo id fieri possit. Vt tradit Rebell. 1. p. de  
obligat. iust. lib. 2. que. 11. art. 2. num. 5. Paul. Laym. lib. 3. sum.  
art. 5. tract. 2. cap. 9. num. 5.

At si ex contractu oneroso accepisti non videris obligans;  
rem domino tradere, sed potes possessori reddere moneta  
illam rem traditam alienam esse. Sicut dixit Nauar. cap. 17. num. 7.  
Non enim teneris cum iactura propria dominum indecens  
seruare: maxime cum iustus ille possessor te indecens leuare  
obl getur, ita vt si dominus à te rem evincat obiectu sole ibi  
reddere quod illa soluisti. Ergo poteris vt illud recuperare  
ei rem reddere, & non domino. Si vero iustus possessor nec  
compareat, vel ab illi recuperare non potes premium quod pro  
aliena re dedisti, obligaris domino rem tradere, qui in usus  
illam vindicandi quod tu eidere non potes quantumvis premium  
amittas.

Quod si à pupillo, filiofamilias, religioso, uxori, aliis non  
habentis administrationem rem accepisti non ipsi, sed quibus  
administrationi competit reddere teneris, alias obligabens item  
soluere, nisi probaveris rem conuertere esse in administrationem  
vilitatem. Vti colligunt ex leg. iust. pupilli ff. de actionib. & leg. in  
pupilli ff. de solutionib. & leg. quod si foris vlt. eadem. Ita ex-  
cipere nisi interueniente autoritate iudicis foris, quia eo causa  
perinde est si administrationem habemis soluere.

Quinimmo si minori solua tutoris, vel curatois interuenient, elo-  
à debitor libereris, attamen conceditur minori restitutio in integrum,  
si forte ex ea solutione iæsus norabiliter repatriatur, et quod  
pecunia depedita sit, vt inutiliter consumpta. leg. 1. Cod. ad  
iust. solutionib. Quapropter vt perfecte maneat liberans à  
debito debes minori non tantum ex autoritate iudicis, vel curato-  
ris sed etiam ex autoritate iudicis ad solutionem compellentis,  
& tuum creditorem minorem eile cognoscens soluere. Vt  
constat ex leg. ait prætor §. permitit iurisff. de minori, leg. fandis  
Lxx. Cod. de administratione. rutor. §. at ex contraria iusti.  
quibus alienare licet & leg. regia 4. tit. 14. pars. 5. & tradit Ant.  
Gom. it. 2. de contractib. cap. 14. num. 4. illat. 7. Rebell. de obli-  
gat. iust. lib. 1. q. 8. art. 5. num. 5. num. 14. Molin. tract. 1. art. 13.  
vers. denique supradictum est. Quod si roges quære authoritas  
iudicis tollit restituacionem in hoc calu, non tamen in alienatione  
rem immobilem, responderet optime Anton. ex Glosa. But.  
in d. leg. ait prætor, quia solutio facta est ex necessitate ob iudicis  
compositionem, ideoque fauore solutio negatur ut minori restitu-  
cio faciat. At alienatio tam ex parte dantis quam accipiens voluntaria est.

Sed graue dubium est, an minori lietum sit in foro concer-  
tie soluam pecuniam, & confundam, iterum à debitor exige-  
re beneficio restituacionis in integrum? Ratio dubitandi est quia  
ea solutio saltem cum sit autoritate tutoris debitum extinguit.  
Ergo iniuste iterum soluendum peritum, cum iam debitum non  
sit. iuxta reg. cum bona fides de reg. iuris. in 6. Cæterum dicen-  
dum est licet peti posse, quod notauit Rebell. de obligat. iust.  
2. p. lib. 1. q. 8. art. 5. art. 5. Nec enim tot legibus hæc repete-  
re concedetur, si illicita esset: conceditur namque haec repete-  
re eo quod soluens absque compulsione iudicis præsumat dolos  
procedere, & causa esse, vt inutiliter soluta pecunia diffrahatur,  
ac proinde esti debitum ex contractu excludatur sit, substitu-  
tamen debitum penale ex impiudenti solutione contractum.  
Quod si ignarus prorsus huius iuris, bonaque fide minori pecunia  
soluerit.